

## **Un odio nutrito fino alla morte** (da Cornelio Nepote)

Annibale dopo la sconfitta di Zama (202 a.C.) si rifugia prima presso Antioco di Siria, poi presso Prusia, re di Bitinia, al cui servizio, spinto dal suo eterno odio contro i Romani, combatte contro Eùmene, re di Pergamo, amico dei Romani, e lo vince con un astuto stratagemma. Proprio presso Prusia Annibale, per non essere catturato dai Romani, si suicida.

Hannibal, post cladem apud Zamam, cum Carthaginem reliquisset, ad Prusiam regem in Pontum pervenit, apud quem odium suum erga Romanos numquam exercere desiit. Dissidebat a Prusia Pergamenus rex Eumenes, Romanis amicissimus; quare Prusia Hannibalem classi suaे praefecit.

Bellum inter eos exarsit et mari et terra, sed utrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum societatem. Quem si Hannibal vicisset, faciliora (più facili. nom plur) cetera sibi fore (= futura esse) arbitrabatur. Ut eum interficeret hanc iniit rationem<sup>1</sup>. Cum Hannibal cum Eumene decertaturus esset sed par non esset armis numeroque navium, dolo pugnare statuit. Iussit quam plurimas venenatas serpentes vivas colligi easque in vasa fictilia conici. Cum magna harum multitudo collecta esset, die ipso quo facturus erat navale proelium, classarios convocavit eisque praecepit ut omnia vasa, serpentibus repleta, in unam («sola») Eumenis navem conicerentur. Dixit se facturum (esse) ut scirent in qua nave rex veheretur. Tali cohortatione facta, utrumque classes in proelium deductae sunt, sed priusquam signum pugnae daretur, Hannibal, ut palam faceret suis quo loco esset Eumenes, tabellarium in scapha cum caduceo<sup>2</sup> misit. Ille, ubi<sup>3</sup> ad hostium naves pervenit, epistulam ostendens, se regem quaerere dixit ut ei epistulam traderet, et statim ad Eumenem deductus est. Tabellarius, epistula tradita, cum hoc modo quae Eumenis navis esset suis declaravisset, ad Hannibalem rediit. At rex, soluta epistula, nihil (niente) in ea repperit, tamen proelium statim committere non dubitavit<sup>4</sup>. Prusiae milites, ut Hannibal imperavérat, universi Eumenis navem adorti sunt atque non solum in eam sed etiam in alias Pergamenas naves vasa fictilia, de quibus supra diximus, conicère coeperunt. Cum Eumenes hostium vim sustinere non posset, fugă salutem petivit; alii duces, cum naves suas oppletas serpentibus conspexerunt, nova re perterriti, puppes averterunt et ad sua castra nautica confugerunt. Sic Hannibal suo callido consilio Pergamenorum regem, Romanorum socium, superavit.

1. inire rationem: «studiare un piano». 2. Il caduceo (caduceum) era la verga con attorcigliati due serpenti, simbolo di Mercurio guaritore, poi divenuta simbolo dell'ambasciatore di pace. Oggi è simbolo delle farmacie. 3. Ubi ha valore temporale. 4. Non dubito + inf.: «Non esitare a...»>.